

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA ANTERII PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

Facienti nequissimū consiliū super eum deuoluetur, & non cognoscat unde adueniet illi. Illusio & improprium superbiorum & vindicta sicut leo insidiabitur illi, laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum, dolor autē consumet illos antequā moriantur, ira & furor utraq; execrabilia & vir peccator continens erit illorū. Qui vindicari vult, a deo inueniet vindictam, & peccata illius seruās seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluetur. Homo homini seruauit iram, & adeo querit medelā. In hominē similē libi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimū. Ipse dum caro sit seruauit irā, & p̄pitiatiōē petit a deo. Quis exorabit pro delictis illi? Memēto nouissimorū & desine inimicari, tabitudo enī & mors iminēt mādatis. Memorare testamēti altissimi, & despice ignorantia proximi. Abstinate a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litē & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitias. Secundum enim ligna silue, sic ignis exardescit, & secundū virtutem hominis iracundia illius erit, & secundū substantiā suā exaltabit iram suā. Certamen festinatū incendet ignē, & lis festinans effundet sanguinē, & lingua testificās adducet mortē, si sufflaueris quasi ignis ardebit, & si spueris super illā extinguetur, & utraq; ex ore proficiuntur. Sufurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacē habentes, lingua tertia multos cōmouit, & dispersit illos de gente in gentē. Ciuitates diuitū munitas destruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorū concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres vnitas eiecit, & priuauit illas de laboribus suis. Qui respicit illā non habebit requiē, nec habitabit cū requiē, flagelli plaga liuorē facit plaga autē lingue cōminuit ossa. Multi ceciderūt in ore gladii, sed nec sic quomodo qui interierunt per linguā suam. Beatus qui tectus est a lingua nequā, & qui in iracundiā illius non transiuit & qui non attraxit iugū eius & vinculis illius non est ligatus. Iugū enim illius iugum ferreū est, & vinculū illius vinculū ereum est. Mors illius mors nequissima est, & utilis potius infern⁹ quā illa. Perseuerātia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorū & flāma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt deum incidant in illā, & exardescet in illis & non extinguetur, & inimitetur in eos quasi leo & quasi pardus ledet eos. Sepi aures tuas spinis & noli audire linguam nequā, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurū tuum & argētū confla, & verbis tuis facito staterā, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorū insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tēpore vindictē disperdet te. Noli anxius esse in diuitiis iniustis, nichil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictē. Non ventiles te in omnē ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator p̄batur duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis, & iustitię. Esto mansuetus ad audiendum verbum vt intelligas, & cum sapientiā fer responsum verū. Si est tibi intellectus respōde proximo, sin autē sit manus tua super os tuum ne capiaris in verbo indisciplinato & confundaris, honor & gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subuersio ipsius. Non appelleris sufurro, & in lingua tua ne capiaris & confundaris. Super furē enim est confusio & penitentiā denotatio pessima super bilinguē. Sufurratori autē odium est inimicitia & contumeliā. Iustifica pusillū & magnū similiter. Noli fieri pro amico inimic⁹ proximo. Improperiu enim & contumeliā malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione aīe tue velut taurus ne forte elidatur virtus tua super stulticiā, & folia tua comedet & fructus tuos perdet, & relinqueris velut lignum aridū in heremo. Anima enim nequā disperdit qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducet in sortem impiorum. Charissimi oppressos erigere studete, & necesse habētes semper adiuuate, quoniam qui fratrem afflictum releuat apprehensum eripit, merentem consolatur ab illo sibi retribuī cui totum impendit non dubitet qui ait. Quod vni ex minimis meis fecistis, michi fecistis. Taliter enim bona indefinēter agere studete, vt fructum boni operis, & hic consequamini, & in futuro gratia dei perfruamini, quatinus celestis regni aulam introire postea mereamini. Data quarto kalē. Maii. Seuerō & Quintiano. iiii. cc. consulibus.

INCIPIVNT DECRETA ANTERII PAPE.

Charissimis



HARRISSIMIS FRATRIBVS PER BETICE ATQVE

A

toletane prouincias episcopis constitutis, antequam episcopus in domino salutē. Optare fratres charissimi semper dilectionis & pacis vel ite sinceritatis gaudia audire, ita ut vicissim discurrētibz litteris sospitatis indicia iuuaretur, si quies nos ab incursione sua vacare hostis antiqui lineret. Qui ab initio mendax inimicus veritatis emulus hominis, quem ut deciperet se ante decepit pudicitie aduersarius luxurie magister, crudelitibz pascitur abstinentia punitur. Odit ieiunia ministris suis predicantibus dum dicit esse superflua. Spem non habens de futuro, apostoli sententia percussus dicentis. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O infelix audacia, o desperata mentis astutia. Ipse enim hortatur odia & fugat cōcordiā. Et quia facile ad deteriore partem mens humana transducitur, volens magis per spaciōsam viā ambulare, quā arte vie iter cū labore transire, quā de re fratres dilectissimi sectamini meliora, & semper relinquit deteriora. Bona agite mala vitate, ut vere discipuli domini esse inueniamini. De mutatione ergo episcoporum vnde sancta sedem apostolicā consulere voluistis, scitote eā cōmuni vtilitate atq; necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusq; aut dominatione. Petrus sanctus magister noster, & princeps apostolorum de antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadam parua ciuitate apostolica auctoritate mutatus est alexandriā. Similiter felix de ciuitate qua ordinatus erat electione ciuium propter doctrinam, & bonā vitā quā habebat cōmuni episcoporum & reliquorum sacerdotum ac populorū consilio translatus est ephesum. Nō enim transit de ciuitate ad ciuitatem qui non suo libitu aut ambitu hoc facit, sed vtilitate quadam aut necessitate aliorum hortatu & consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiore. qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus aut vtilitate loci, aut populi, non superbe, sed cum humilitate ab aliis translatus, & intronizatus est, quia homo videt in facie, deus autem in corde. Et dominus per prophetam loquitur dicens. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sunt. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, nec mutat ciuitatem qui non sua sponte sed consilio, & electione aliorum mutatur. Non ergo qui migrat de ciuitate ad ciuitatem qui non auaritie causa, nec sponte dimittit suam, sed ut iam dictum est, aut pulsus a sua, aut necessitate coactus, aut electione & exhortatione sacerdotum & populorum translatus est ad alteram ciuitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulas riter episcopos & reliquos sacerdotes, sic quoties vtilitas aut necessitas exposcerit supradicto modo & mutare & intronizare potestatem habent. hec ut petistis licet vobis ignota non sint tenenda mandamus, ne ignorantia quorūdam meliora & vtiliora vitentur, & inutiliora sumantur sicut in sancto legitur euangelio, ne vobis ypocrite, quia decimatis mētē & anetum & cuminū, & reliquistis que grauiora sunt legis. Iudicium & misericordiam & fidē, hec oportuit facere & illa non omittere duces ceci excolentes culicē camelū autē glutientes. Quod licet non licet, & qd nō licet licet. Quādam modum iannes & mabres resisterunt veritati, sic & illi mente reprobi amantes voluptatem magis quā deū. Quod licet docent non licere, id est episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem pretaxato modo. Et quod non licet docent licere, id est misericordiam non agere circa patientes necessitate, hoc est eis qui episcopum non habent & sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui, & episcopis persecutionem aut necessitate patientibus, aliam cathedram dari negant. Contradicunt enim sacre scripture, que testatur male deū misericordiam quā iudicium. Que precor maior charitas aut efficacius pietatis patrocinium potest a quoquā alicui impendi q̄ si ignorantie tenebras, & imperitie caliginem ab eo repellat. Demū vere fidei doctrine pabulo non ad questū nō ad ambitionē, sed eruditionē & edificationē reficere. Tāq; enim mutilo sit manus, claudō, pes, oculi? ceco qui ignorantie tenebris obuoluto sapientie & scientie thesaurū reseat & cādorē lucis vialque dñi benigniter aperit. Vtriusq; autē id est & famē verbi dei patientibz & episcopis necessitatem quando intronizatur, ppter cōmunē vtilitatem in aliis ciuitatibz nō modica exhibetur mīa. Negantes autē hec, ut specie habeāt pietatis, virtutē tantē ei? abnegāt. Nā in tali negotio p̄sapia non agnosco, si quis tñ sapiētū quos insipientibz tepestatis hui? pcella aliis sociauit auctoribz facinorū participatiōe maculatur, splendor sapiētis, & si cōmunionē criminū incurrit nescit tñ ducē se p̄bere peccatibz. Alia quoq; est causa vtilitatis & necessitatis, & alia auaritie & p̄sumptiōis aut p̄prie voluntatis. Auaritie quoq; causa vel p̄sumptiōis aut p̄prie voluntatis nō sunt ep̄i mutandi de ciuitate ad

ciuitatem, sed vtilitatis & necessitatis. Quod nemo negat nisi hi de quibus dictum est. Errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium, nam si enarrando cogere aperire transacta ostenderem vobis nullum euenire solatium de comparatione factorum. ¶ Ceterum state charissimi super vias aspicientes & interrogantes, de semitis domini antiquis, & videte que est via bona & recta, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Et ut iuxta sapientie vocem dicamus, diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum. Quoniam inuenitur ab his qui non temptant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruerse enim cogitationes separant a domino probata autem virtus corripit insipientes, quoniam in maliuola anima non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum & auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu, & corripitur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientie, & non liberabit maledictum a labiis suis quoniam renū illius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, & lingue illius auditor, quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec preteriet illum corripiens iudicium, in cogitationibus enim impij interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad dominum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Custodite ergo vos a murmuratione que nichil prodest: & a detractioe parcite lingue, quoniam sermo obscurus inuacuum non ibit, os quod metitur occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vite vestre, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum, quoniam deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Creauit enim ut essent omnia & sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra viuentium. Iustitia perpetua est & immortalis, iniustitia autem mortis est acquisitio, impij autem manibus & verbis accerierunt illam, & estimantes eam amicam defluerunt, & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt qui sunt ex parte illius. Dixerunt enim apud se cogitantes non recte, Exiguū est, & cum tedio tempus vite nostre, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis quoniam ex nichilo facti sumus, & post hoc erimus tantquam si non fuerimus, quoniam fumus aflatu est in naribus nostris, & sermo scintille ad commouendum cor nostrum, qua extincta cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tantquam mollis aer. Et transibit vita nostra tantquam vestigium nubis & sicut nebula dissoluetur que fugata est a radiis solis, & a calore illius aggrauata. Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum, vmbre enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertetur. Propterea vnicuique preuidendum est, ut sum mopere se custodiat & vtiliter se prouideat, ut cum dies extrema finis vite aduenerit non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam eternam. ¶ Facta enim subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicat deus. Ex merito vero plebis nonnulli episcopi deprauantur, quatinus procliuus cadant qui sequuntur. Capite languescente cetera corporis membra iniiciuntur. Deteriores sunt qui vitam moreque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Caueat unusquisque ne aut linguam, aut aures, habeat prurientes, id est ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. Sedens inquit aduersus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum & cetera. Parcāt singuli detractioe lingue, custodiātque atque sermones suos, & scient, quia cuncta que de aliis loquuntur sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officiū singulorum sit dilectissimi non solum oculos castos seruare, sed & linguam. Nec quid in cuiusque domo agatur, alia domus per vos vniquam nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbe ne cuique machinentur dolos, & serpentis astutiam ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humilitatis mee neque mensure iudicare de ceteris & de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere, Absit ut quicquam sinistrum de his loquar, qui apostolico gradu succedentes christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam christiani sumus, qui clauēs regni celorum habentes ante iudicii diē iudicant. Veteri quidem legebatur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta contemptū expiabat cruore. Nunc vero inobediēs spiritali animaduersione trūcatur, & electus ab ecclesia rabido demonum ore decerpitur. Oportet enim, ut qui deū hereditate possidet absque vllō impedimento seculi deo seruiat, ut dicere possint. Dominus pars hereditatis mee. O quā bonus & suauis est spiritus tuus domine in omnibus. Parcis autem omnibus

autē omnibus quoniam tua sunt domine, qui animas amas. Ideoque hos qui exerrāt partibus corripiis, & de quibus peccant admones & alloqueris, ut relicta malitia credāt in te domine. Tu autē deus noster suavis & verus es, patiens & in misericordia disponēs omnia. Et enim, si peccauerimus tui sumus scientes magnitudinē tuam. Et si non peccauerim⁹, scimus quoniam apud te sumus cōputati. Spiritus timētium dominum queritur ab eo, & in respectu illius benedicetur. Quapropter fratres charissimi omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat, sed si quis bon⁹ est ad edificationem oportunitatis ut det gratiam audientibus, & nolite cōtristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in diē redēptionis. Ois amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cū omni malicia. Estote autem inuicē benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē & ois immūdiā aut auaritia nō noietur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rē nō pertinet, sed magis gratiarū actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorū seruitus nō habet hereditatem in regno christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie, nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre, nūc autem lux in domino ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autem que arguuntur a lumine manifestantur, omne enim quod manifestatur lumen est, propter quod dicit, surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te christus. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes, redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes que sit volūtas dei, & nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis hymnis & canticis spiritalibus, cantātes & psallentes in cordibus vestris, domino gratias agentes semper, pro omnibus in nomine domini nostri Iesu christi deo & patri subiecti inuicem in timore christi. ¶ State itaque fratres, & tenete traditiones apostolorū & apostolice sedis, ut dominus noster Iesus christus & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem eternam, & spem bonā in gratia, exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere & in sermone bono. De cetero fratres orate pro nobis ut sermo domini currat & clarificetur sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Nō enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit vos, & custodiet a malo. Quapropter ponite indefinēter corda vestra in virtute dei & resistite semp malis & enarrate hec, iuxta vocē prophete in pgenies alteras, quoniam hic est de⁹ deus noster in eternū, & ipse reget nos in secula. ¶ Vnde vos qui in specula a dño estis cōstituti comprimere & repellere eos summope debetis qui fratribus insidias parāt, aut in eos seditiones & scādala excitant, facile est enim hominem verbo fallere, sed nō dominū. Ideo hos reprehendere & ab his vos auertere oportet, quatinus extincta funditus hmoi caligine lucifer eis resplendeat & letitia oriatur in cordibus eorum. Confidimus autem de vobis fratres in dño quoniam que pcepimus & facitis, & facietis. Quāto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tāto maiore vicissitudinē ab omnipotēti deo cui seruiūt expectatis. Omnipotēs deus sua vos ptectione custodiat, honoreq; preceptūq; seruare cōcedat & gloria honorq; deo patri omnipotēti, eiusq; vnigenito filio saluatori nostro cum spiritu sancto sit in secula seculorum. Amen.

INCIPIVNT DECRETA FABIANI PAPE.



LECTISSIMIS VBIQVE CATHOLICE ECCLESIE comministris Fabianus, salutem in domino. Diuinis preceptis & apostolicis monemur institutis, ut pro cunctarum ecclesiarū statu impigro vigilemus affectu, vnde consequens est debere vos scire, que apud romanam in sacro aguntur ritū ecclesiam, ut ei⁹ sequentes exempla eius veri filii inueniamini, que vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis sicut a patribus accepimus habem⁹ qui p singulas ebdomadas & dominicos dies atq; festiuitatum solennia cum subdiaconibus & acolitis ac sequētium ordinū ming. iiii.